



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Bruxellensis n. 7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

nouam, sed iniquitate temporum negatam facultatem. *Tanta Senatus erat in Societatem beneuolentia. Sic apud Imag. I. sac. Soc. lib. 6. fol. 747.*

Et Bruxel-  
lenfibus,

7. A SENATV BRUXELLENSI: *Qui literas ad Franciscum Costerum Prouincialem expedit sane honorificas, quibus primùm, nec immerito deplorat præteritis bellorum tempestatibus afflictam, oppressamque Rempubliam suam communi patriæ calamitate. Deinde sæpius agitasse animo, fatetur, ante ipsas turbas aduocare Societatem: quod quia neglexerint, nunc conscientia urgeri, adeoque extremos adhibere uelle conatus impetrandis aliquot Patribus opem prostratæ Ciuitati laturis, & suum Religionis restitutoris decus. Ita Ibidem fol. 755.*

Ad Ciuitatis  
opem, &  
Religionis  
decus resti-  
tuendum,

Scholarum  
utilitas.

8. A SENATV RVREMVNDANO, *Cuius publicæ extant literæ testantes. Incredibilem iuuentutis mutationem vel unius anni spatio factâ per Societatis Scholas. Quare minimè mirandum exosas esse singulariter Hereticis, qui eas solas, ceteris quibuslibet impune permissis, seuera lege interdiktas suis uoluerunt. Sic Ibidem fol. 772.*

Eius dis-  
cessus sub  
pœna capi-  
tis cauetur.

9. \* A SENATV REGIO CANARIENSI, *præconis uoce mandante, Sub vitæ, amissionisque bonorum pœna, ut à nullo cuiuscumque status personâ, Patres Societatis IESV ex Insula extraherentur, neque phasello, aut nauigio ullo admitterentur. Ita Senatus nostrorum dolens absentiam discessumque, decreuit: apud Euseb. in Vit. B. Borgia lib. 3. cap. 10.*

Et fama  
defenditur.

10. A SENATV TOLOSANO: *Qui in colligendo Libello quodam aduersus Societatem famoso, inter alia motiua illi perquam honorifica publico decreto, ut præcipuum hoc designauit, statuens, Religionis rem agi, ubi Societatis bonum nomen sine causa periret. Ita in Annal. Soc. ann. 1618. fol. 593.*

Eius singu-  
laris mode-  
stia in po-  
pulari tu-  
multu.

11. A SENATV CÆSARAVGVSTANO: *Qui ad Nostros ab Urbe ob popularem tumultum exire statuentes, sic allocutus est. Tumultum popularem tantum sibi attulisse molestiæ, quantum Societatis egregia uoluntas attulerat uoluptatis, nec se nescire turbatum unde oriretur initium, aut quis tandem Lapides impe-*